

Mythologia, Venise, 1567 - I, 12 : De sacrificiis inferorum

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre I

[Mythologia, Francfort, 1581 - I, 12 : De sacrificiis inferorum](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre I

[Mythologie, Paris, 1627 - I, 12 : Des sacrifices des Dieux Infernaux](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre I

[Mythologie, Lyon, 1612 - I, 12 : Des sacrifices des Dieux infernaux](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - I, 12 : De sacrificiis inferorum, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/796>

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ), Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination15v°-16v°

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Mythologia.

Neque vero convenire horum Deorum naturæ videtur illud, quod scribitur ab Ouid. lib. xi. Metamor. qui thuris etiam odorem Diis marinis tribuit, cū aeris tantum numinibus ut diximus, at non etiam aqusticis, id genus sacrificii ad altiora tendentis conveniat: sic enim inquit;

Itq; Deos pelagi vino super aquora fuso,
Et pecoris fibris, & fumo thuris adorat.

- Apud Virgil. præterea lib. 4. Georg. in sacrificiis Oceani, quæ fiunt à Nymphis, vinum in flammis, at non in mare funditur; quod non fiebat contra ius sacrorum, cum illæ essent sub aquis, quamvis Mathematicus & Philosophus acutissimus Hector Ausonius de antiquorum sapientum sententia ad chemicam artem hanc rem pertinere arbitratur. neque etiam ob eam causam parum convenit is ritus Oceano, quia per Oceanum patrem omnium, humorem diuinitus in omnia naturalia corpora, omnemq; materiam diffusum, antiqui significarunt. sic autem ait Virgil.

Oceano libemus ait: simul ipsa precatur
Oceanumq; patrem rerum, Nymphasq; sorores,
Centum quæ sylvas, centum quæ flumina seruant.
Ter liquido ardentem perfudit nectare vestam;
Ter flamma ad summum recti subiecta reluxit.

- 20 Utiebantur autem ternario numero in sacrificiis, quoniam ille numerus perfectus est, non solum ob dimensiones corporum ut ait Aristot. in primo cœli; sed etiam quia Deus est omnium quæ videntur, & quæ videri non possunt, moderator: non aliter atque paris & imparis vim habet trias, cū omnes sint numeri pares aut impares: atq; sicut Deus est principium omnium quæ aguntur, ita prior ternarius numerus omnium reliquorū per se ipsum auctus triangulum constituit parium laterum, quæ prima est earum figurarum, quæ pluribus constant lateribus. In sacrificiis etiam fluuiorum idem ritus seruabatur, cum vina in fluuios effunderentur cum precibus, ut ait Apollon. in lib. 1.

30

Αὐτὸς δ' αἰσινίδι χυτὸν ἰνὸν ἐκ τοῦ κυθαίου
ἰνὸν ἀποπίνει καὶ λατρεῖ, καὶ τοῖς ἄσθεσι.

Ipse merum è cyatho libamen fudit, & auro,
Aelsonides liquidum in fluium; sic inde precatur.

Nymphæ item cum aquarum Dex esse putarentur, crassiora quædam & ipsæ sacrificia requirebant: quibus mel & lac offerebatur, & mulsam. at nunc de sacris inferorum.

De sacrificiis inferorum. Cap. XII.

- 40 **S**acrificia illa, quæ Diis inferis fiebant, non solo tempore, sed etiam colore victimarum, & ritu plurimum differabant: nam, ut diximus, hæc sacrificia non nisi per noctem fieri consueuerunt, ut ait Virgil. lib. 6.

Tum Regi Ilygio nocturnas inchoat aras.

quod autem nigræ victimæ Diis inferis immolarentur, testatur ita idem poeta;

huc casta sybilla
Nigrarum pecudum multis te sanguine ducet:

ut autem victimæ, quæ superis mactabantur, cum iugularentur, cogebantur iugulum superius vertere; ita quæ mactabantur inferis, caput ad terram deprellum

pressum tenebant; ut ait Cleon in primo Argonauticorū; & Myrtilus in secundo rerum Lesbycarum his verbis; *ἀλλὰ οὐδὲ δὲ λήϊα καὶ ἑταίροις κατὰ Διὸς ἐκείνῃ μιν ἐν γῆ ἢ ἐν ἕρπυλλοῖς κερφαίαι· οὐδὲ γὰρ Διὸς τοῖς ἑσπεροῖσι, τοῖς δὲ ἰσπεροῖσι οὐδὲ ἀδελφοῖς τῶν ἰσπερῶν τῶν πρῶτων ἀφ' ἑσπερῶν.* consueverunt sacerdotes victimis, quæ mactantur inferis, humi capita incidere; sic enim subterraneis sacrificant. At coelestibus immolantes colla sursum conuertentes iugulant. in horum igitur Deorum sacrificiis victimæ in effosas foueas iugulabantur; ut est in lib. 3. Apollon.

*Προχέουσι δὲ ἑταίρα ἀνδρῶν ἐπὶ φέρον ἰπῶν
Νέβησιν ἔχεται· ἑλὼν δὲ πρὸς τὰς λαΐνας.*

10

Inde in planitie foueam defodit in vnam,
Atq; agni iugulum ferro, cultrosq; cecidit.

Sic etiam Ouid. lib. 7. Metamorph.

Aut procul egesta scrobibus tellure duabus
Sacra facit: cultrosq; in guttura velleris atrii
Coniicit, & patulas perfudit sanguine fossas.

Cum iugulassent in foueam, vinum deinde cum precibus in sanguinem effundebant; quare ita inquit idem.

Tum super inuergens liquidæ carchesia Bacchi,
Alteraque inuergens tepidi carchesia lactis,
Verba simul fundit.

20

Lucianus tamen in Necyomantia videtur exillimasse sanguine tantum conspergi foueas, at non eò totum infundi. Colligebatur aliquando sanguis èt victimarum iugularum in his sacrificiis, non autem in foueas effluebat, ut est apud Virgil. lib. sexto;

Supponunt alii cultros, tepidumq; cruorem
Suscipiunt pateris: ipse atrii velleris agnam
Aeneas matri Eumenidum, magnæq; sorori
Ense ferit, sterilemq; tibi Proserpina vaccam.

Cum vero sacra fierent Plutoni inferorum Regi, isq; mens diuina putaretur quæ in vniuersam terræ molem esset diffusa, omniaq; gubernando penetraret, sicut Oceanus per mare penetrare creditus est; eius sacra non prorsus abhorrebant a superiorū sacrificiis; quare addebatur ignis huius sacris, & illi delectæ cæsatum victimarum partes imponebantur comburendæ, ut patet ex eodem.

30

Tum Regi Stygio nocturnas inchoat aras.
Et solida imponit cautorum viscera flammis,
Pingue superq; oleum fundens fumantibus etis.

Nam oleum pro vino sacrificiis Plutonis adhibebatur: omnino vero Diis illis, qui erant benefici, & albæ victimæ, & placidæ mactabantur; at maleficis, ut nocerent, & nigre & terrores putabantur conuenire; ea tamen lege seruata ut maribus mares, at feminis feminae victimæ cederentur, vinum præterea omnium prope Deorum sacris erat accommodatum, at non in sacris Ceteris; nam in eius sacrificia vinum inferri non oportebat, ut testatur Plautus in Aulularia;

40

Ceterin' mi istrobile hi sunt facturi nuptias?
Qui? quia temeri nihil allatum intelligo.

Verum qui ritus factorum singulis generibus demonum conueniant, & quæ victimæ

victimæ

Mythologia.

victimæ singulis fuerint dicatæ, atque omnia propè quæ seruabantur in his sacris, non solum in legibus sacrificiorum fuerunt diligenter perscripta, sed etiam ex oraculi mandato ad unguem seruare cogebantur antiqui; quorum omnium leges ita traduntur ab Apolline, vt est eius sententia apud Eusebiũ lib. 4. euangelicæ præparationis ita latine reddita.

10

Hæc age qui nutu diuorum ingressus amice es
Huius iter vitæ, mactanda est hostia cunctis
Multa Deis; seu qui terras, seu qui mare vastum,
Aera seu qui habitant, larum seu qui æthera, seu qui
Alta tenent cæli, seu qui infima regna baratri.
Quæ quibus obseruanda modis sint singula dicam.
Tu memori percepta animo mea dicta tenero.
Terna quidem diuis cælestibus hostia, & ipsa
Candida mactanda est, terna & terrestribus, atque
Atra eadem. gaudent porro, & capiuntur apertis
Cælestes aris; foueas cum numina contra
Exposcant atro imbutas inferna cruore.
Nec placeat, nisi quæ terræ mandetur, humata
Hostia. mel verò Nymphæ, atque liquentia vina
Offeri lætantur: at ignem accendier aris
Quæ circumuolitant terram sibi numina querunt,
Imponique atrum corpus. tum thura simulque
Iniiciet salsa fruges, & dulcia liba.
Hæc facito. verum quibus est data cura profundi
His ipso semper ser sacra in litore, totum
Porricque in fluctus animal. cælestibus autem
Extremas reddes partes, atque igne cremabis.

10

Fuit autem illa causa cur Diis inferis sacrificaretur, quod illi putabantur esse omnium malorum autores, vt significauit Sophocles in Electra ita scribens;

30

κακῶν πάντων αὐτῶν ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος
τῶν κακῶν ἀναλλοκῆται εἰ καὶ τοῖς θεοῖς.

Perdare pessimè; è malis præsentibus
Nunquam Dei te liberent opto inferi.

His sacra fieri solebant ab illis, qui ab aliquo morbo conualuissent, tanquam pepercissent; quod genus *κατακρήνη*, quasi lustratio nominabatur. Sola sunt Eumenidum sacrificia, quæ præcipuum ritum habuerunt, vt à tacitis sacerdotibus agerentur; qui Helychidæ dicti fuerunt, ante quæ sacrificia Heroi Helyco aries immolebatur; vt testatur Polemo in his quæ scripsit ad Brathollenè; his verbis; τὰ δὲ τῶν γένων ἀποκρήνην, ἐκ παλαιῶν τῶν θεῶν τῶν κακῶν, ἀλλὰ πῶς ἢ ἀποκρήνην, ἔστι γένος ἑστὶ ἀπὸ τῶν εὐμενῶν θεῶν, καὶ τῶν ἀποκρήνην, καὶ ἀποκρήνην ἀπὸ τῶν θεῶν ἀπὸ τῶν κακῶν, καὶ τῶν ἀποκρήνην, καὶ τῶν ἀποκρήνην, καὶ τῶν ἀποκρήνην, καὶ τῶν ἀποκρήνην. At nobilioribus ad hæc sacrificia accedere nefas est; sed solis Helychidis; quod genus est deabus Seueris gratum, principatumq; obtinet in illis sacrificiis. solent immolare ante sacrificia arietem Helyco heroi sacrum, quem ita nominant boni omnium causa, cuius facellus est iuxta Cydonium extra nouè portas. Mactabatur his ouis nigra ῥῆγνάς, vt suo loco dicitur; neq; vinũ harũ Dearũ sacrificiis erat accomodatũ, cũ Nephaliq; diceretur. at nũc de sacrificiis defunctorũ dicamus.

40

De